



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

XI. Sapientia Beseleelem informans ad opificium Tabernaculi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER VNDECIMVS.

BESELEEL, SEV
SAPIENTIA OPIFEX
TABERNACVLI.

I SAPIENTIA, artium parens.
Honor cas alit.
Materia prabet.

ARTIFICES ipsa interea Sapiencia format
 Sollicitans, curisque acuens solertia corda,
 famque artes nutribat Honos, & Fama fouebat
 Ardentes studiis animos, pulcherrima merces.
 Nec minus inde manupretium; nam BLANDIOR AVRO
 Acrius ingenuas producit gloria mentes;
 Queis stimulis magno ingenio manus emula certat,
 Archetypis aequatur opus, naturaque fuco
 Ambigua est, vincique pudet volucrumque, hominumque,
 Decipulam, vel Parrhasio, vel iudice Zeuxi.
 Sed neque mercedes operum, neque splendida fama
 Premia procudere artes; neque prima per usum
 Extudit ingenio duris in rebus egestas.
 Palladis est omne artis opus, qua prima paterna
 Nata sinu, de fonte omnes arcessit eodem.
 Illa operum formas omnes Sapiencia Patris
 Fusa super, fouet aeterna simulamina Mentis,
 Ingeniisque facem praefert, ac suscitatur ignes
 Humano, qui corde latent: substernit inertem
 Materiam, dictatque modos, quos postulat usus,
 Et varij fines operum; neque cuncta repente
 Effundit

Effundit sua dona simul : per sacula sensim
 Ingenij dispensat opes, mundumque subinde
 Excolit inuentis aliis, seu perdit a rursus
 Restituens meliora facit ; seu scabra per artes
 Saecula nouans, mollit vitam, sicq; expolit orbem,
 Seruiat ut iam deliciis, quod suasit egestas.

Paulatim
 eas docet.

Ille igitur Patris aeterni missu aethere lapsa,
 Beseleelis adit serâ iam nocte penates.

2
 Missa ad
 Beseleel.

Ille diu ad vigilem luctatus mente lucernam
 Arcebat studiis somnos ; inuentaque voluens
 Prisca virum insuetos tractabat corde labores,
 Ipse nouum molitus iter, quâ nulla priorum
 Monstrarant exempla viam : quamquam arida curis
 Stat macies, & sicca viro sudoribus ora ;
 Discendique intentus amor, tamen inuidus olli
 Spargit rore sopor, subductaque lumina soluit,
 Acclinat pluteo caput ; illi Diua soporem
 Aggrauat ; atque animum posito sic corpore pulsat.

Beseleel, nam te his titulis Sapientia clarat
 Eximium, manibusque tuis operaque peracto
 Dignatur mansurum operi subscribere nomen
 Artificis, sociumque huius tibi destinat artis
 Oliabum. Humano maior res tanta labore,
 Diuinumque iubetur opus : ne consule vires
 Ipse tuas, inopemque manum, tibi plurima lauo
 Quamuis corde calet generoso sanguine vena ;
 Parque animis operosa manus industria versat.

Oliab, so-
 cius fa-
 brice.

Mortale est, quodcumque moues sine Numine nostro.
 Nunc aeterna domus meditanda, locandaque caelo :
 Ipse artem cum mente Deus, roburque lacertis
 Sufficiet, qui mandat opus. Quid longa laboras
 Priscorum dictata sequi ? EXPERIENTIA FALLAX,
 ET LONGÆ tentando via ; vita rota præceptis.

Ars longa,
 vita bre-
 uis.

372 MOYSES VIATOR.

*Me sequere hâc; mea te ad summū compendia ducent
Momento; siēsque fabrūm simul & pater, & Rex.*

Rapitur
in somnis
Beseleel.

3
Sapientia
domus,
Prou. 9.

Discipli-
na & Ar-
tes Ancil-
la vocant
ad epulū.

Pauci ve-
rè sapien-
tes.

Plures
solo no-
mine Phi-
losophi.

Stant fo-
ris caci
ad Sapiē-
tia limi-
na.

Dixit, & abstractam sopito è pectore mentem

*Per vastum penetrare caui sub fornice montis,
Speluncis rapit abstrusis. Super ardua summo*

Vertice stat septem speculari è rupe columnis

Cælo admota domus: rasis lux aurea gemmis

Sidereos replicat radios; nam totus aperto

Influit in thalamos Titan admissus hypæthra,

Ac simul Archetypi mundi vibratur imago,

Æternique nitet facies clarissima Veri.

In medio tranquilla tenet Sapientia sedem,

Et famulas ad pensa vocat, partita labores

Virginibus circum subsellia Disciplinis.

Ipsa oleum præbet, sacrâque in fomite flammam:

Illæ homines ad templa vocant, & Principis arcem,

Instructâsque vapores mensis ad Pallados aras

Primigena: pauci tectis succedere digni

Accumbunt epulis Diuūm, positâque fruuntur

Ambrosiâ, & mundi perituri obliuia potant,

Translati mente ad Superos, æternâque regna.

Maxima pars epuli solo contenta vapore

Famam haurit, fumôque famem deludit inani,

Queis satis est cretata foris tectoria circum

Ponere, lapsurâsque domos distantibus Austris,

Garrulâque Aetæis Musea implere cicadis.

Socraticas illic duplex Academia tricas

Implicat, & fucum longis inducit aceruis,

Pressius intereâ contrâ pugnante Lyceo:

Pythagora stupet Harpocrates effata crepante.

Hinc gemina occurrunt Chryssippi cornua pictis

Porticibus: tum foeda canes latratibus ora,

Mordacêsque ferunt rictus, fugiente pudore:

Barbarica

Barbaricae accurrunt sectae: iamque omnis ab Indo
 Gymnas adest; locat inde suos Gargetius hortos
 Ventriloquus: vera haereson tot pullulat Hydra
 Seminibus: resonat rauco nemus omne tumultu.
 Certantes error pariter, vel opinio ludunt:
 Et miserum inter se partiti litibus orbem
 Discerpunt; nam dia illis Sapientia mundum
 Numinis argumentum ingens, summique parentis
 Ante oculos obiecit opus tractabile sensu,
 Et cupit inquiri noto è molimine causam
 Artificem, tanta in sensus se mole ferentem,
 Inuentam venerari animis, linguaque fateri.
 Sic Sophia lotis intrare sacraria plantis,
 Admissos epulis Diuum, & succedere caelo.
 At secus ac iussi faciunt: capit impia vires
 Seditio, validisque alitur dissensio linguis:
 Est, & Non, agitant animos, & foedera scindunt:
 Et plus ille sapit, qui nil se scire fatetur.
 Iam postrema Dei cura est, aut nulla, reperti.
 Pars, quibus est stupor, aut scelerum violentia maior,
 Exclusum regno repulit, clauoque remouit,
 Qui minus audaces, faciunt torpere veterno,
 Et vacuo nullas voluentem pectore curas.
 Pars in frustra secant, unumque in millia spargunt,
 Voluendosque Deos fatis ut caetera donant.
 At si qui agnouere, tacent; unumque fateri
 In populo veteri deluso errore verentur.
 Vera loqui mussant, scelerumque abrumpere ritus.
 Ingrati ergo premunt tenebris, & carcere lucem;
 Quos Deus abreptos brutam vertigine mentem
 In caeno patitur, scelerumque voragine volui,
 Barbatosque, glabrosque senes, obscena trahentes
 Pallia, perque lutum, putrisque per antra Suburra,

Sectae val-
 riae erran-
 tium.

De mun-
 do dispu-
 tant
 Eccles. 3.
 21.

Opinionu
 pugna.

Impietas
 in prou-
 dentiam.

Pluralitas
 Deorum.

Veritate
 Dei in
 iniustitia
 detinent.
 Rom. 1.
 18.
 Rom. 1.
 26.

374 MOYSES VIATOR.

Perfusos ignominia, quam facta merentur.

4
Pugnæ
Philoso-
phorum,
& errores
de mūdo,
&c.

*Beseleel, miratur enim tot millia circum
Atria stare foris, neque templi attingere limen
Intentos Mundi in speciem, volucrumque figuram.*

*Ecquod, ait, genus hoc hominum? quæ iurgia linguis?
Quidve petunt tanto versantes murmure mundum,
Turbantesque elementa situ? diuisa laborat
Principiis Natura suis, temerèque feruntur
Omnia, & insano coeunt ramenta tumultu,
Ut pelagi, terraq; globos corpuscula forment.
Hi numerant cæli stellas, cursûsque sequuntur
Astrorum, & positus fingunt, vultûsque minaces;
Fortunamque locant duplicem pugnantibus astris.*

Inanis
scientia.

*Inclusere alij cælos, ac sidera vitro,
Ut Lunas, Solèsque regant: hi passibus orbem
Demensi, structis abaco scrutantur arenis,*

Spatia
imagina-
ria.

*Quot repleant terras ad Luna concava mica:
Hi querunt alios trans hæc pomæria mundos,
Inuentisque dolent, nondum vno Marte subactis:*

*Pèrque agitant vanas vacua intermundia mentes.
Quis furor insanos adeò glomerare labores?
Tot miseros cura studiis potioribus urgent,
Mortalèmq; premunt vitam, & sic perdimus annos?*

5
Infania
sapientum
sæculi.

*Querentem sic Diva docet: damnata tenebris
Sæcla vides, & sponte sua fugientia lucem
Corda virum ante fores nostras, & limina Veri.
In tenebras vertere diem, cum prima sequenti*

Cæcati
superbia.

*Lumina contempserè meos post cæpta vocatus,
Cæperuntque placere sibi, fastûque timere
Ingenij: raptat cæcos vana cupido
Fluctibus errorum, & famam captantibus umbras
Obiicit, assiduâque animos vertigine torquet.
Infelix sine fine labor! cumque omnia norint*

Se

Se præter, finemque suum, voluuntur in alto
Gurgite, cœnosamque bibunt avido ore paludem.

Turpitu-
do morū.

Quod querunt, nunquam inuenient toto orbe vagati:

Ac sine me frustra palpant ad limen apertum,

Stultitiâque sua à foribus bipatientibus errant.

At breuior via lucis erat, quæ larga per orbem
Spargitur, atque suum fontem mundo indice prodit.

Facilis
Dei noti-
tia, & lu-
cis.
Sap. 13.5.

Sed sine nunc hos in speculis, & nubibus Argos,

Quos adeant nunquam cœlis affingere vires,

Et captare leues auras, & pascere ventos.

Ocyus huc aduertit opera ad fabrilia mentem,

Quæ potius te pensa vocant, quæis protinus usus.

Sic effata, virum gemmata per atria ducit

In latus, impositi quo sub testudine montis

Alta patent hypogæa domus, ubi mille per artes

Dispositis circum resonant fora lata tabernis.

Hic cellas opera omnia habent, inuenta que rerum

Auxilium humano generi, quæ prima tulerunt,

Et nascente simul mundo venere sub auras,

Quæq; aliis venient deinde emergentia sacris,

In mediis Natura sedet, cunctisque ministrat

Materiam, & specimen diuinæ subiicit artis,

Molimenta operum, & fines, quos quarit agendo:

Ingenium solers illam miratur, & ambit

Assiduè, & varios sentit, quibus indiget usus,

Naturæq; implorat opem: Sapientia per se,

Per famulos operum Genios imitamina mentis

Instigat, primasque vias, & semina monstrat.

Vimque dat humana, qua continet omnia menti.

Ipsa operum rudibus dat prima parentibus arma,

Quæis dedit intonso primas de vellere vestes,

Pellitósque foras felicibus expulit hortis

Ad durum telluris opus; dedit ipsa securim

6
Officina
Artium in
domo Sa-
pientia.

Naturam
Ars imi-
tatur.

Ingenium
attetur.

Sap. 10.2.

Primæ
vestes, &
prima a-
gricultu-
ræ arma.

376 MOYSES VIATOR.

Exulibus, primùmque manu tractare lignem,
Tractandùmque focus monstravit forcipe ferrum.

Ferraria
auxilia.

Post, alia venère artes, ubi prima metalli
Vilitas flammis agrestia fluxit in arma.

Iam ratio depromit opes, & mentis acumen

Distringens sequitur summa tellure micantes,

Aut chalybis venas, aut are virentia saxa:

Metallo-
rum vsus.

Inuentas iam primus homo fornacibus infert,

Formatis ex creta operum crasso ungue figuris

Inducit liquidum flammâ reuolvente metallum;

Malleus,
& incus.

Malleus hinc, facilèmq; incus tulit edita formam,

Versandaq; focus massa manus unca rubenti.

Hinc opifex iam diues erat: validâque bipenni

Imperat arboribus celsas sibi sternere frondes,

Intextisque domos truncis attollere sylvas.

7
Heua re-
xtrinam
exercet.
Colus.

Interea digitos habiles ad vellera vertens

Mollia depexas coniux in stamina lanas

Produxit, laterique colum molita colurnam,

Deuoluit capulum fusso, villòsque reuellit

Dentibus, atque vda mollit subremina linguâ.

Mox pertesa olidas malè raso vellere pelles,

Inuidet aurata panno stellantia cauda.

Culcum
prima
quirit à
pictis au-
bus.

Syrmata, laudatòsque rotâ pandente colores.

De spina meditatatur acus, filòque sequaci

De volucrum pictis nectit redimicula pennis,

Séque viro ostentans pauonem induta superbit.

Saucius illecebris coniux cultùque superbo

Exultat tenerâ pompam ducente maritâ,

Artes A-
dami iam
seruiunt
vxori, &
luxui.

Artificesque manus in luxum commodat ultro,

Vxorique suos gestit seruire labores.

Maxima pars huc versa opera, studiique virilis.

E ferro procudit acus, radiòsque rotandis

Textilibus pensis: peccantur vellera syluis

Serica;

Serica ; p̄rque casas iam plurima pendet Arachne.

Bombycum euoluens mutatis ilia moris.

INGENIOSVS amor summittit ad omnia mentem,

Et parit innumeras artes quesita voluptas.

Iamque viri curas omnes auerterat vxor.

Iamque maritales vna haurit cyclade census:

Nunc muliebre viros vitium peruasit; & ipsi

Proh pudor! incedunt compto ceu femina cultu.

Feruet opus, Brontésque suos, Steropésque Tubalcan

Incitat in numerum; resonant incudibus antra;

Ipse notat frater numeros, fidibusque sonoris

Intendit citharam vacua testudine Iubal;

Et fidibus cantum digito plectente maritat,

Atque rudem admota concentum temperat aure.

Interea latis pastores tertius agris

Cogit agens nineas Iaël in pascua foetas,

Compactaque docet siluas resonare cicuta;

Intenditque casas, plaustrisque mapalia transfert,

Latius herbosis ubi surgunt pabula campis.

Iam volitant fluuiis lintres, alnique cauantur:

Diuisa pelago iungunt commercia gentes:

Dissociata fretis committunt litora pappes.

Iam tellure iugo domita maris aquor arandum,

Miscendaq; procul peregrinis mercibus artes.

Concursu stupet ingenti, strepitúque laborum

Vriades: nam plena operis ergastula cernit,

Vndantemque foro turbam; quos inter & ipsum

Oliabum aduentare videt, studioque tuendi

Intentum varias operum percurrere cellas,

Iamque propè ipsa sequi secum vestigia Diua

Orantem dignari adytis, & munere coeli.

Illam tenens dextrâ pateram potabilis auri

Illecebrâ, mentisque aciem inspicantibus herbis

A a 5 Spumantem,

I nicij.
Bomby-
ces.

Vestium
luxus.

8

Ferrariæ,
& citha-
ræ inuen-
tio.
Genes. 4.
20.

Iaël pa-
stor.

Nautica.

Oliabus
focius.

9

Sapientia
aure. pa-
tera pro-
pinat in-
geniis ar-
tes.

378 MOYSES VIATOR.

Spumantem, ad sese gratis properantibus offert;
Metiturque sacros pro captu pectoris haustus,
Ut capiat, quod quisque potest: hinc pondera nata

Et pro-
pensiones.

Ingeniis, nulla ut careant cultoribus artes:
Vile putetur opus nullum momenta sequenti,
Queis se quisque trahi, prona velut indole, sentit:

Phidiaco burim calo praeponit arator,
ET NULLA inuitâ succedunt pensa Mineruâ.
Omnibus hinc venit utilitas, artésque perennant;
Nec vita officiis ullis defecta laborat.

Quò magis Vriades admirans talia fatur.

Beseleel
sibi, & so-
cio pate-
ram cu-
pit.

Diuâ, precor, quando tanta hac me ad munera
mittis

Molito rem operum sanctorum, & conscia nosti
Pectus iners, stupidamque manum, sensusque supinos,
Da solidum cratera mihi, socioque bibendum
Oliabo: da, Diuâ, sitim, quam proluat auri
Iste tuus liquor, ingenij prædiuite venâ,
Ut sit opus, Regina, tuum quodcunque paramus,
Cui meritò inscribi iubeas: SAPIENTIA FECIT

IO
Rotantur
largiter.

Audiit orantem Mater, totâque liquenti
Perfusa patera præcordia colluit auro,
Pérque operosa domus conclauia circumducit
Omnia, demonstrâtque artes, inuentâque nondum

Artes ve-
teres, no-
uâ.
Ecclef. 1.
10.

Edita, quæq; iacent nostris iam mortua seclis,
Quæq; reuiuiscunt aliis: NAM VIX nouus vsquam
Exercet sub Sole labor mortalia corda.

Cuncta ferè reditura cadunt, lapsurâque rursus
Interitu, magnis donec sese explicat orbis,
Omniâque immensâ mundi cum mole fatiscant
In cineres inuenta hominum, vanique labores.

Pereunt
omnia.

Heu! simul & Musæ, vos, & diuina Maronum,
Mæonidumque opera, haud longè post funera Vatum

Ibitis

Ibitis in cineres ! tot iam cecidère sepulta
 Ingenij tam nobilibus monumenta ruinis!
 Tot iam adeò tenebris mersère silentia Musas;
 Totque tacent Vates, Phœbo haud indigna loquuti.
 Ne mihi ne veniat fama tam laeva cupido,
 Ut mea victuros sperem post funera versus,
 Laomedontæis humana industria fatis
 Lassatur studiis, casurâque mœnia ponit.

ÆTERNIS sed enim formis Sapientia servat
 Omnia, nec quicquam diuina intercidit Artis.

Ac primum duplices immani mote columnas
 Ostendit, quas prima hominum solertia sculpsit,
 Illam de solidi decisam marmore montis,
 Quæ vastis obstaret aquis, soluique negaret
 Fluctibus, Oceano si quando inuolueret orbem
 Ira Dei, & summos operirent æquora mantes.
 Coctilis hanc opera vastis fornacibus igni
 Inuictam, ardentis, quæ contra incendia terre
 Duraret cinerum in cumulis, mundique fauillâ.
 Hæc monumenta duo primis mortalibus artes
 Inuentas rudibus signis insculpta docebant.

SED LONGVM mortale nihil : iam pulueris alto
 Aggere, longinquisque iacent oblita ruinis.
 Erasit titulos Authorum, & nomina tempus :
 Fama tamen restat Sethi posuisse nepotes,
 Texeret irriso Vates cùm robore puppim.
 Græcia iactauit Cadmeas vana figuras
 De Syria venisse Tyro, desculptâque primos
 Phœnicas croceis mandasse vocabula ceris,
 Aut volucrem tonsâ vocem appinxisse papyro :
 Iam dederat linguam saxis prior illa vetustas,
 Quæ materna fuit, primoque æquæna parenti;
 Beseleel legit Hebræas in marmore voces,

Hebræamque

Etiam
 carmina
 Musarum.

††
 Columnæ
 duæ ca-
 late arti-
 bus inue-
 tis.
 Lapidea.

Lateritia.

Litera à
 Cadmo
 allata ad
 Græcos.

Hebrææ,
 sicut &
 lingua,
 primæ.

380 MOYSES VIATOR.

Hebraamque manum, interitu qua vindicat artes:
Omnibus hinc elementa libris, & semina linguis.

Improbis inde hominum labor, & deterrima cura
Scribendi coepit studium: hinc Libraria transtra

Libraria
opera.

Mentibus in poenam cupidis inuenta, quibus tot
Ingenia implendis pallent inhiantia chartis,

Millia tot sudant voluendis; it sine meta,
Sisyphius sine fine labor: repetendaque rursus

Scribentes atra recoquunt lolligine crambem;
Inficiunt chartam, atque animis fastidia miscent.

Eccles. 1.
19.

Nec finis scribendi ullus, nec meta legendi,

DOCTRINAMQUE parit dolor, & Doctrina dolorem,
Aeternumque duo hi partus voluuntur in orbem.

12

Ad artes
necessa-
rias ver-
tenda in-
genia.

Aurificum,
& metal-
lica artes.

Cuncta avidis haec Beseleel monumenta priorum,

Oliabisque oculis legerent, nisi Diva moneret,

Instandum studiis aliis, penitusque sonantes

Panderet aurificum numerosa incude caernas,

Et miscenda focis Ephyraea ostenderet ara,

Electrique mados, rutilantisque igne pyropi:

Exeat obryzum, quibus e fornacibus aurum,

Argentumque suis, qui purgent facibus ignes:

Vtq; gravem fumo spuma solvantur in imbrem,

Vt deceat torquere rotis in fila metallum,

Atque per angustas chalybis producere rimas

Lenum
in fila
aurum.

In tennes tractum philyras, & voluere fuso,

Purpura ut intexto pretiosius ardeat auro.

Lemniscos alij tenuant, & verberere crebro

In teretes massam cogunt gracilescere frondes.

Explorant Lyda geminum cote colorem,

Pondus aqua, & fraudes auri palloribus arcem.

Fraudes
auri.

Nam varia adrepunt fraudes, & adultera flantum,

Radentumque fames uncis agrè abstinet unguis.

Ergo fabros sic Diva monet: Procul impia sacris
Ab sic

Absit auarities, procul omnes sunt rapina :

*Pura manus puro promat de pectore dona ,
Ut sincera meis urantur munera flammis
Mente hilari, & lato pariter spontanea vultu.*

*Discite diuinis purgandum altaribus aurum,
Et prohibere dolos aris. Sic fata trahendis*

*In partes, quæ mixta iacent fornace metallis,
Igne vaporatam forti medicamine lympham
Ostendit, quam cuncta timent vano oblita fuco
Chymica adulteria, & cantati pulueris artes.*

*Ille sum flammis ea ritè examinat aurum
Læteus argenti natat humor, & ænea circum
Procinus albenti vestitur lamina musco.*

*Sic sua discreta redeunt ad pondera massæ,
Monstrat & in teretes, tersaque capedine discos
Formandum cinerem bibulis ex ossibus igni,
Quæis eat in fumos argenti virus & auri,
Glebæque consumpto niteat purissima plumbo.*

*At procul obscuro spelunca, imòque recessu
Oliabus deprendit Anum, cui sordida fumo
Canities, sulcata oculis stillantibus ora ,*

*Nigrantèsque genis rugæ, squalente fauillâ:
Semustos laceris succingens vestibus artus*

*Illa tamen, rapidis auide fornacibus instat ;
Nec paucos in partem operum, fumique ministros
Illecebris Arabissa trahit; spes omnibus ardens,
AVREA QVE è foculis nascens Fortuna renidet.*

*Inuentam taciti in densâ fuligine voluunt
Aurifices, ne prætereà spectetur ab ullo,
Indoctisve sinat manibus se in lumine tangi.*

*Oliabus, dic, Dina, inquit, quæ condita monstrat
Illa Anus arcanis veluti mysteria cistis ?*

*Quidve docet? quæ tanta Senum vigilantia tractat
Carbones?*

Fraudem
in sacris
odit Deus.

Chryso-
fulca,
aqua for-
tis.

Segregat
metalla.

Capedun-
cula pur-
gando au-
ro.

13
Chymica
fallaria.

Se& tores
plurimi.

Auræ
fortunæ
mysteriū.

Folles &
fumi.

382 MOYSES VIATOR.

Carbones? aut quorsum animas tot follibus effant,
Lethalesque bibunt spumis, & sulphure fumos?

Infania.

Quarenti sic Diva refert: Ne quare doceri

Decoquit
etiam Pla-
petas.

Stultitiam, quam caeca auri commenta cupido,
Cui placuit calo venas tellure relictâ

Querere, & errantes focolis intrudere stellas,
Ut de Mercurij procudat sidere Lunam,

Æraque in auricomum conuertat Cypria Solem.

Naturam migrare suis à finibus ausi,

Fucum si-
bi facit,
aliis ven-
ditat.

Semina tingendis fuderunt apta metallis,

Et fucum fecere sibi, captique priores

Arte sua, mox fuco aliis illudere certant;

Pulveris exigui iactu miracula spondent,

In tetros quibus ampla volant patrimonia fumos:

Semper
esuriens.

Cumque alias quasvis artes alat hospita tellus,

Hanc licet inuento summam spem venditet auro,

Consequitur solam esuries, utrumque sub axem

Infania
ultra ca-
nos insa-
nabilis.

SÆVIT, ET IN PUTRES vsque, hæc infania canos:

Et vix vlla senes ad frugem adduxit egestas,

Aut spem magnanimam accisis iam rebus ademit,

At procul hæc arcete meis mendacia templis:

Fucata
Religio.

Nulla mihi fucata placet medicamine virtus,

NEC PIETAS vlla è fuco censenda colorum.

14

Purpura-
riz offic-
nz.

Hæc ubi dicta fabris, Tyrij conchyliâ monstrat

Muricis, in niveas primùm liuentia lanas,

Quas agitat tepido prudens infector abeno,

Ac semel imbutas repetitos ducere succos

Dibapha.

Imperat, ut nullo palleſcat purpura fluxu.

Nulla iterum accensas extinguunt nubila flammæ,

Coccinea.

Ardent illa magis, coccòque incocta coruscant.

Hyacin-
thina.

Blandius hæc ferrugineo torpent hyacintho

Vellera, nigrantèsque rosas imitantia lucent,

Hæc Tyrio perdunt amethystum pota veneno.

Nea

Nec minus ingenij est pelago conquirere conchas,
 Vix vorax avida capiat purpura lingua,
 Indita vimineis includunt ostrea nassis,
 Saxosisque vadis alto sub gurgite mergunt;
 Illicet ad pradam productis purpura rostris
 Spissa natat, durasque acuens in spicula linguas,
 Vt patulas sugat traiecto vimine pinnas;
 At simul vt stimulis sensere voracibus illas
 Ostrea, dentata stringunt munimina teste,
 Herentemque tenent linguis mordacibus hostem,
 Captiuumque trahunt nassa redeunte sub auras.
 Piscator potitur pradâ, maiorâque carpens
 Corpora, candentem desecto gutture venam
 Eximit; illa micat pretioso turgida tabo:
 Quae minima, elidit subiectis fracta trapetis,
 Purpurea erumpunt eliso murice guttae,
 Qua sanie cortina tepet, Milestia florent
 Vellera, Maiestasque olim se consecrat ostro,
 Purpurei quo se dirimunt à plebe Tyranni;
 Nunc tegit indignos nullo discrimine luxus,
 Infamesque fouent vulgo latera histrica laruae,
 Roribibae postquam rorantia sanguine concha
 Hercules tulit ora canis, cane doctus amator
 Alcides domina florentem murice pallam
 Donauit, meretrixque sacro processit in ostro.
 Textrinas hinc Diua aperit, carpendâque lina
 Obiicit, ac duplici torquendam stamine byssum.
 Discite, ait, pexa varios lanuginis usus,
 Quam mittant in fila manus post pectinis ungues,
 Carbasa vt in validas coeant mollissima telas,
 Et Phrygias imitentur acus, inscriptâque textu
 Multiplici ducant radio currente figuras,
 Omnia lina tamen sacris haud vestibibus apta;

Purpura-
rum pi-
scatio.

Sacra &
regia
olim pur-
pura.

Luxus ea
abutitur.

Hercules
eam pro-
stituit.

15
Lanificiũ
& textri-
na.

Byssus
retorta.

Ad

*Ad byssum mittenda manus, fusoque trabenda
Lutea pensa colu, liquidis candescet ab undis
Stamen, & intactas vincet splendore pruinas,
Purpureum ut casto cingat candore pudorem.*

Babylo-
nia.
Attalica.
Belluar.

*Hec ait, & vario pandit Babylonia textu
Aulæ, Attalicas nondum cognomine vestes,*

Spirantesque feras viuis in stamine syluis,

Ac filicata inter pictas fructeta volucres,

Aut per acu picti libratas cerula cœli,

Materia
flaminis
varia.

Fluminæque herbosis argento undantia ripis.

Multiplicem dein materiam concerpere monstrat

Corticibus, foliis sylvas tondere comantes,

Carpendæq; modos Indæ ad velamina palma;

Villosis adeo muscum depectere conchis,

Lapis Ca-
rystius.
Amiatus.

Et lapidem tenuare colu mirante Carysto.

Inuidta in mediis Amianti stamina flammis.

Textrina sed opes inter lini illa videtur

In primis miranda seges, quæ Sole sub Indo

Linum
Asbetti-
num.

Vstis nata plagis in Regum funera quondam

Crescebat preterio ingenti, quod adulta per ignes

Æthereos, bustis sine damno incendia ferret.

Funereos ergo Regum prima inter honores

Tela fuit, flagrante pyrâ, quæ tuta sacrandos

Seruaret cineres, impermistamque fauillam.

Iam seges Asbesti nusquam est; ergo ignibus atris

NUNC populi & Regum cineres Proserpina miscet.

16
Scalptori
gemma-
ria.

Hinc digressa viros opera ad scalptoria vertit,

Gemmarumque domum, & natura luxuriantis

Delicias, quas astra sinu telluris in imo

Æthereo de rore creant, & luce colorant

Siderea, ac vires radiis cœlestibus addunt

Luxus
illecebræ.

Mirificas. Furit hinc etiam insatiabilis ardor

Luxuria, quam nec prohibent immensa profundi

Claustra

Claustra maris, neque saxa iugis immania terrent,
 Nec vallata feris Gryphum serpentibus antra,
 Quin petat Oceani è fundo per pallida baccas
 Naufragia, & scopulis Indo sub Abingare pendens
 Gemmiferas superet per mille pericula rupes,
 Et silicum herentem fibris adamantina reuellat,
 Heu! magis indomitam tot per discrimina rerum
 Vestigato adamante sitim: meritamque repertam
 In gemmâ fallente mero potare venenum!
 Ergo Deus scelerum procul incentiua remouit,
 Tellurisque canis pretiosa alimenta malorum
 In fossas abscondit opes. Sed in alta Sionis
 Fundamenta parat sculptas Sapiencia gemmas.
 Bissenos totidem in portas, in mœnibus urbis
 Ingentes opere immenso disponit Elenchos;
 Ternasque aduerso quouis à cardine mundi
 Largè aperit, cœlo subeant quibus undique gentes,
 Quas Euri, Zephyrique vocat de partibus, & quas
 Auster, & à gelido mittent septem axe Triones.
 Ac totidem pretio insignes, & mole stupendos
 Immensa, lapides firma in fundamina muri
 Demittit, duodena virum, qui nomina scripti
 Ostendunt opere eximio, structique coherent
 Summo imo Lapidi, quo deuincitur uterque
 Angulus, ut vino consistant omnia saxo,
 Et ferat immensam Lapis unus ad ethera molem.
 Horruerant gemini artifices ad fulgura tanta
 Gëmarum, & lapidum flammæ per strata micantum
 Omnia cœlestis Solymæ: nam compita cernunt,
 Ardentesque vias gemmis; calcantur ubique
 Chrysolithique, onychumque nitor, flammæq; pyropi;
 Et similes sapphiri astris, roseique amethysti,
 Dulcèque berilli sua per segmenta micantes:

Adaman-
tes Indici.

Anago-
gia.
Portæ 12.
ex gem-
mis singu-
lis.
Apoc. 21.
21.

Apostoli,
lapides
pretiosi.

Cœlestis
Solyma
gemmis
adificata.

B b

Quotque

386 MOYSES VIATOR.

Quotque aliis lucem, & pretium dat gratia gemmis.

17
Faberna-
gulum, ty-
pus Eccle-
siae gem-
mae.

Perculsos tot luminibus sic Diva ministros
Affatur. Non hac primi nunc gloria templi,
Quod molimur erit; satis est, si pinguibus umbris
Illius aeterni faciem portendat imago,

Gemmae
12. in Ra-
tionali,
quid.

Cui tanta servantur opes in gemmea muri
Fundamenta polo; tamen hoc umbratile fanum
Respondere decet veris sub imagine rebus,
Sacrorumque Patrem quoties accesserit aras
Bissenas inferre Tribus, pretiosaque gemmis
Nomina, & electam gestare in pectore gentem.
Nunc igitur capite hinc speciem duntaxat honorum,
Aurea quos post saecula procul ventura videbunt.
Interea Hebraeus designet veste Sacerdos,
Indutum importans Sanctis penetralibus orbem.

Sardony-
ches duo
Pomidis.

Sic effata legit bisseas ordine gemmas,
Quae duodenagerant insculpta nomina Regum,
Aronisque sacro irradiant gestamine pectus.
Tum saguli fibras humeris ubi fibula mordet
Sardonychae grandes geminos includere monstrat,
Qui dextrâ, laevâque vomant ceu fulgura flammâs,
Fatidicâque palam doceant splendore litatum;
Ac bisseas ducum partiti nomina gestent.

18
Vnguen-
taria offi-
cina, &
aromata.

Dein primas myrrha lacrymas stacten, onychenque,
Galbaneanas, Libanisque pices, calamisque medullas,
Cinnamâque, & cassiam, & quidquid felicibus arvis
Tondet Arabs, sylvisque niger metit Indus odoris,
Quod Ierichuntinis sudatum vitibus, & quod
Oceani iratis spumatum fluctibus Ambar
Promit odoratis ferulis, intritâque miscet
Suffimenta oleo, confusa aut pulvere spargit
In flammâs, petit astra vapor; purusque per auras
Spiritus, ambrosium caelo subuexit odorem,

Narthe-
cia.

Quo

Quò cadit ira Deo, & facili placatur acerrâ.

Talia voluebant in somnis munia fabri,
Nec studij labor ullus erat fingente Minervâ
Oblatas animis species, quas postulat vrgens
Sūma operis: quanquã ardescūt, cuperentque per omnē
Ire domum monstrante Deo, cunctasque per artes
Ferre oculos, studium Pallas compescit inane,
Vtilibusque iubet mentes advertere curis.

Nunc pueri, nūc, inquit, opus, quòdque instat agendū,
Prima Dei sit cura domus, postremâque vobis:
Huc redeat labor omnis; ubi plenissima merces
Ingeniique fabri decus omne, aternâque fama,
Et statio, & felix requies in fine laborum:
Ite, mouete manus, palmâque ambite merendo.

Sic effata graues repulit de pectore somnos,
Quos dederat, dubiâque infudit luce fenestras,
Aurora referente diem; tum pectore pleno
Euigilant summi artifices, latique retractant
Visa animo, impressa viuunt per somnia norma:
Palladio craterè ollis tumet aurea vena
Ingenij; crebris scintillant viuuda flammis
Lumina, pèrque acres oculos è mente profundâ,
Pèrque manus habiles certant erumpere forma,
Vix adeò meminere sui, aut noua pectora credunt.

Sic Gabaon vidit Regem puerilibus annis
Munere cœlestis somni prauertere canos
Aflatum Salomona Deo; Sapiencia votis
Empyreo summissa throno, regale tribunal
Adstitit, inseditque repens, puerique sinistrum
Stipatura latus, leges condebat in alto
Pectore iura docens, animâque ingentibus actis
Aptabat, cumulans dignis præcordia curis.

Ergo manum sceptro teneram firmavit, & ensẽ

Bb

2.

Præbuit.

19

Abrupto
somno
mittuntur
ad opus.

Pleni sa-
pientia.

20

Salomon
sapiencia
donatus
in somnis.

388 MOYSES VIATOR.

Judicium
in lite de
infante.

Præbuit, ambigus matri, quo constitit infans,
Ius tenuit natura suum; pietasque reperta,
Quo foras diuino expanerunt pallida ferro.

Ædifica-
uit tem-
plum.

Ille pater Salomon pacis, princ. psque rogati
Imperij, cuiusque manus à sanguine pura
Bellorum, posuere sacris fastigia tectis,
Fundatamque domum stabilem struxere Tonanti
Impensis operum tantis, ignique litarunt
Æthereo, compostâ aureis penetralibus Arcâ.

Sapientia
illius eua-
luit.

Felix, ô nimium felix, si cana senecta
Incanam pueri seruassent tempora mentem!
Heu! senium auertit mores: exosâque amorum
Infamem maculam, fugit Sapientia canos,
Et similis somno in volucres euauit auras.

Fabri ta-
bernaculi
sapiant si-
bi ipsis.

Nunc de Rege etiam tanto sub indice lis est:
Non sic artifices, non sic, quibus aurea cordi
Fabrica Sanctorum, atque æterni machina templi,
Seu vos materiam, seu vos confertis ad artem
Ingenium, doctasque manus, Sapientia vobis
Duret in extremos scena versatilis actus,
Et cœptum consummet opus. Mihi, Diua, pudicos
Da sensus, mihi, Diua, tuo de fomite mentem,
Inq; tuo somnos gremio: neque enim amplius amnes
Castalios turbare iuuat mersâ altius urnâ:
Hi licet Ascraeos faciant per somnia Vates,
Da fontes mihi, Diua, tuas tua sacra ferenti,

21
Concio
populi ad
munera
offerenda.

Iam Proceres Aurora foro, populumque vocabat
Primitiis hilari pompâ in delubra dicandis,
Augustam ductura diem; delecta ferebant
Dona Duces, purum pateris cumulantibus aurum,
Sardonychas pretio insignes, atque omnia apertis
Fulgura gemmarum blandè radiantia thecis,
Ostrumque, & gemino lucentia vellera cocco:

Omnia

Omnis adest manibus plenis latissimus ordo :
 Nec quemquam sua paupertas altaribus arcet,
 Nec Numen stipis exigua duo respuit ara,
 Caprarumque pilos etiam inter munera censet.
 Ergo ubi confertos certatim dona ferentes
 Conuenisse videt Moses, sic incipit ore.

Macti opibus coeli, Isacida: certate volentes
 Muneribus cum magnificâ, quae hæc omnia confert
 Dona manu: hoc semper ritu contendite vinci:
 Utile sic certare Deo, vincique decorum
 Promeritis: quis enim prior illi munera vouit,
 Aut quis ei postrema dabit, quem nulla sequatur?
 Gratia, quae in pulchro referat certamine palmam?
 Ille oculos ad vestra fauens donaria flectit;
 Respectat corda, atque manus: sperate beatum
 Fœnus, ut in mediis presenti Numine castris.
 Hic iam illi condenda domus, formam ipse, modumque
 Designauit, & ipse suo fabrum ore vocauit
 Praeficiendum operi tanto, quem largiter ornant
 Beselelem Vri, diuina Pallados artes:
 Daniadem Oliabum socias illi addere curas
 Edixit, sacrumque ambos ductare laborem.
 Omnibus huc conferre operas, quicumque potestis;
 Fas esto, quibus ingenium, aut solertia dextris,
 Nullius hinc exclusa manus: Deus aduocat omnes,
 Quorum animos huic ipsa operi Sapientia fingit;
 Et faueant saltem linguis, quæ dextera torpet.

Talibus exarsit pietas, populique, ducumque,
 Delectæ cumulantur opes; stipantur acernis
 De sacro capitum censu congesta talenta,
 Excussa digitis gemma, de crinibus aurum
 Detrahère nurus: pretiosa crepundia collo;
 Sponte sua bullata omnis sibi diripit aras:

Hortatur
 Moses ad
 munera.

22
 Dant om-
 nes libe-
 ralissimè.

390 MOYSES VIATOR.

Hæ lanas, hæ lina ferunt, illi ærea dona,
 Hi ferrum, chalybémque vouent, hi ligna, & olentes
 Conuectant humeris syluas, illi hispida tondent
 Hircorum menta, & rigidis centonibus aptant.
 Vtrò operas spondent alij, vigilandâque gratis
 Munia; fernet opus studiis, sincerâque plaudunt
 Gaudia. Florifera quales in vallibus Hyble
 Sollicitas inuitat apes iam mollior annus,
 Et Zephyri, Chlorisque vocant sudantibus herbis
 Rore nouo; volitant pictis leta agmina pratis,
 Nec temerè incurfant flores, sed olentia thymbræ
 Germina, fragrantésque crocos, mollémve amaranthum
 Vestigant, auidâq; legunt meliora repertis
 Mella rosas, onera intexunt lectissima villis,
 Stipatúmque ferunt suris stillantibus imbrem
 Ambrosium; ut purum condant, aluearia nectar:
 At placidi ad portas Reges, primique Senatus
 Accipiunt florum spoliis & veris onustas.
 Sic illi Pharaonis opes, & opima ferebant
 Taneos, exuniâsque Arabum lectissima templi
 Dona tholo. Admittunt Moses gratissima gentis
 Munera, diuinâque Aron iam sorte Sacerdos
 Delectus; gaza immensis sacra surgit aceruis;
 Et pietas cohibenda tubâ est: nam filius Vri
 Congeriem admirans. Inopes nos copia fecit,
 Exclamat, satis, ô satis est; iam iam obruit artem
 Materies; tantùm chaos, intractabile menti
 Turbat opus, ne consilio sua digerat orsa.
 Parcite iam donis, cines, dum flagitet usus,
 Séque iterum effundat pietas. Sic ille monebatur
 At Moses clangente tubâ compescere pompam
 Cogitur, ac populi studiis immittere frenos.
 23 Summotâ iam plebe, fabri donaria cellis

Apibus
 fimiles
 laboranti-
 bus.

Liberali-
 tas om-
 nium.

Moderan-
 da praco-
 nio.

Digerere

Digere aggressi variis, primordia tentant,
 Beseleel, quæ cuique dedit descripta figuris,
 Oliabúsque Duces: positis incudibus illic
 Arma parant operi artifices; hic serra serandis
 Sylvarum stridet trabibus; niger inde caminis
 Volcano vapor exundat solvente metalla;
 Fusilibus creta induitur formata columnis,
 Celatæq; super currunt dorsa aspera spiræ;
 Figendæq; solo solidis mucronibus horrent
 Dentata imâ parte bases; pars are coruscant,
 Argento pars magna nitent; capita aurea sursum
 Crispantes volunt filicas, vel vitice frondent.
 Illis in teretes excurrit bractæa crustas,
 Quæ vinctæ, tabulâsque regat circumdata cedro,
 Plurimus his puro procuditur annulus auro,
 Fibulæque ansatis sagulis, quæ vela per oras
 Committant, sacræque intentis tentoria fundent
 Funibus, affixis firma ad retinacula clavis;
 Sidonio lanas alij moderantur abeno:
 Carpere foemineus labor est, aut vellera fusô,
 Aut byssum torquere manu, vel fingere plumas
 Vestibus, aut radio pictos intexere flores;
 Ac velut ingentem noctæ cum farris aceruum
 Formicæ properant vacuis inferre cavernis,
 Luna fauet, fastusque dies, atque horrea longa
 Hausit hyems; nigrum portis effunditur agmen,
 He stipulam, & putres immundo pulvere glumas
 Eiecere canis, purgant in pabula cellas:
 Ille avidæ populant messes, & grandia rostris
 Farra vehunt; aliæ immani sub pondere anhelant
 Obmixæ; refluxis bullit via nigra cateruis,
 Increpitantque moras, quibus est censura laborum:
 Nulla vacat tanto è populo, dum sufficit æstas,

Initium
operis, &
fabricæ.

Partiuntur
opera
officinis.

Columnæ
fusiles.

Bases mucronatæ.

Bractæa.

Fœminæ
lanam
carpunt.

Sirihis
labor for-
micarum.

392 MOYSES VIATOR.

Cicadae
cessant.Beseleel
& Oolia-
bus inten-
ti ubique.Arcam
curat Be-
seleel.24
Arcam ma-
iestatis, &
laus.

Aut segetes campis, aut tritas area fruges;
 Post genialis hyems clausis aget otia tectis.
 At strepera interea cessant per rura cicadae,
 Quas modo iusta famis premet inclementia brumâ.
 Castigant sic ambo moras, descriptaque cunctis
 Vrgent pensa Duces, ac tota in mole laborant
 Consilio primi atque manu, queis cuncta retractant,
 Expoliuntque opera, ut cum normis singula quadrent.
 Precipuas ipsi partes atque intima tecti
 Haud aliis credunt manibus; sed protinus ambo
 Committuunt, tractantque suis; quanquam ipse recenset
 Omnia Beseleel, fabricanda totus in Arcâ est,
 Totius, que summa domus, augustaque sedes
 Numinis, Aeternique intus theca aurea Verbi.
 Quo te sancta canam, quo pandam carmine Thensa?
 Augustale Dei immensum, textuque, typoque,
 Materiâque, & Cherubicis super aurea pennis
 Oracla allapsum calo gestantia Numen?
 Aeternam tabulis Legem, & mirabile Manna,
 Frondentemque suo precisam à stipite Virgam,
 Pontificis summi monimentum, & vindicis ira
 Horrendum, procul abstineat, quo se ambitus aris,
 Sola utero complexa foues, aut sola tueris;
 Te iuxta positum Manna, & venerabile Sceptrum
 Pontificis; tibi Spirituum Deus incubat alis;
 Exrruitur tibi tota domus; tibi lampades ardent,
 Mensa calet libis, & bina altaria fumant:
 Teque tegunt triplicis circum tentoria septi,
 ET TEMPLVM TV SOLA FACIS; quod Summus in anno
 Post tot sacra semel pauit at penetrare Sacerdos,
 Et tantum ex ipso venerari limine Numen.
 Denique Beseleel summam in te collocat artis,
 Thesaurosque omnes in te Sapiencia confert.

Aeterni

*Æterni salve ô simulacrum in corpore Verbi,
 Patre Deo genita, & nata de Virgine prolis,
 Mortali eternoque satu, bis qua edita partu;
 Miscuit æternum germen cum sanguine mater.
 Sic hominis, sic vera Dei processit imago,
 Materiãque rudem ligni conuestit aurum,
 Secretã quam Beseleel fabrefecit in umbrã
 Spiritus ille Opifex, fuditque in Virgine Numen.*

Verbi in
 carne ty-
 pus.

*Dumosis Arabum scopulis notissima quondam
 Arbor erat; Settim indigena dixere vocantes,
 Floribus alba comas, foliisque simillima spina,
 Ac nisi tam crasso se ferret in aëra trunco
 Spina erat alba; teres, rugoso cortice, lignum
 Vndantes venis maculas ceu scutula spargit.
 Duritie sylua equat ebur, cariẽmque perosa
 Nec rimis unquam, nec putri humore fatiscit,
 Apprimẽque habilis torno; sed plurima ferro
 Scinditur in tabulas; multo quæ pumice rasẽ
 Natiuis splendent maculis, & marmora vincunt
 Synados, & sparsas Cybeleio sanguine rupes,
 Aut Nomadum certant saxis, ea Settina ligna
 Hebraeis, donec Libani de vertice cedros
 Contextas ratibus Tyriis templo inuehat Hiran.
 Inde trabes, inde in solidas tornata columnas
 Materies, hæc sola sacris in postibus arbor.*

25
 Arbor
 Settim
 qualis.

*Ex his angustum tabulis compegerat alueum
 Cœlesti similem exemplo, quem protinus auro
 Induit Vriades, ac fuluis undique lamnis
 Incrustat, ligni pateat pars ne qua reclusi.
 Aurea per summas laterum prætenditur oras,
 Compagẽmque toris decorat, firmatque corona.
 Inferiore etiam circum quadrangula limbo
 Nectuntur latera, & quatuor stant insita fulcris.*

Cedri in
 templo.

26
 Arce for-
 ma.

An ha-
 buit pe-
 des?

B b 5 Ne

394 MOYSES VIATOR.

*Ne tangat pars ima solum, pedibusque rotandis
Inclusi ex auro globulis voluentibus orbis.*

Fuit si-
ne pedi-
bus humi
posita.

An potius fulcris caruit, lapsuque rotarum?

Nec nisi traiectos cyclis est mota per axes?

*Nec suspensa solo pedibus, sed cespite strata
Hesit humo, & terram cælorum gloria pressit,*

Tantæque maiestas dignata est puluere sterni

Pellibus, & sub Cyniphio se condere textu.

Veſtes
auro te-
cti.

*Sic reor, atque ideò traiectos aurea semper
Seruat utrinque suos ad motum fibula veſtes,*

Vestitos auro veſtes, & utrinque paratos,

Quos humeris subeant Mystæ, cum castra moueri

Imperat, & templo excedens præit agmina nubes.

Operculū
Arca.

At super inducto tegmen perducitur auro

Mensura, & paribus cubitis, intraque coronam

Inseritur cinctu, & laterum compagibus heret,

Cardinibusque, seraque aureis, clavisque reuinctum,

Solæ ta-
bulæ in
Arca.

Vt tegat inclusam calato marmore Legem;

Autographum æterni quod fœderis instrumentum,

Testatore Deo Abramidis heredibus actum.

27

Propitia-
torium, seu
oraculum.

Cherubica supra species utrinque tremendis

Vultibus adsistunt testes, tabulasque tuentur

Aduersi, & iunctis velant oracula pennis,

Empyreo quales vidit super athera curru

Buziades adstare Deo, circumque sonantes

Cherubi-
ni Eze-
chielis.

Fulguribus stridente rotas se voluere vento,

Consertisque thronum augustum contexere pennis

Vectantes humeris Numen, soliumque tegentes

Quales.

Auleo alarum, & radiato fulminis auro.

Humanae facies illis, iuba fulua leonum

Colla, armosque tegit, crispataque pectore inerrat:

Assurgunt humeris aquilinae ex ignibus ala,

Et manuum tenus hirsutis it pluma lacertis

Flammæ

Flammea, binae aliae lumbos plumantia velant
 Ad genua usque; pedes bifidos subsuta tuetur
 Vngula, & ad pugnam taurinis calcibus armat.
 Hoc habitu bini iuvenes altrinsecus extant
 E tecto, seque obuersis cum vultibus alis
 Contingunt, medium pennis ut Numen adorent:
 Ac velut exceptum solio inter brachia gestent,
 Se quoties Deus oraculo placabilis infert,
 Alternasque homini dignatur reddere voces.
 Ductilibus cufum ut lamnis venerabile Moses.
 Vidit opus, velut infuso iam Numine menti,
 Aut quasi iam aspiciat, inuenum inter colla sedentem.

Ergone digna Deo sedes mortalibus, inquit,
 Hec erit? huc ad nos se se demittet Olympo
 Maiestas, geminos nutu quae succutit axes?
 Inuoluitque pedum pulsu caligine montes?
 Hic medius volet Isaciis adistere castris,
 Constantemque dies, noctesque expandere nubem:
 Hinc & in hostiles horrorem immittere turmas?
 Perque triumphatas hoc curru incedere gentes?
 Ite Philisthaeos, mures, vastate colonos:
 Ite mali in furias genij pulsate nefando!
 Ulcere foeda Ducum & populi immedicabilis exta;
 Cogite, ut infamem fateantur munere morbum,
 Visceraque ut fuluo prodant obscœna metallo.
 Heu! cohibete oculos, nimis heu temeraria turba
 Messorum, neve effusis transcendite fines
 Latitiis: heu! quot mediis prostrata manipulis
 Ante domum Solis foedabunt millia messes!
 Quid video? casumne Dei cortina minatur?
 Succutiunt pilenta boues, plaustroque verendum
 Nutat onus; ne tende manu fulcire, Sacerdos.
 Heu pietas incauta! cadit percussus ab alio

Antistes,

Sede Dei
 faciunt con-
 tiguis a-
 lis.

28
 Maiestas
 Dei in
 Arca, &
 Propitia-
 torio.

Dignatio
 Dei.

Arca Phi-
 listhaeos
 vastabit.

Bethsamie
 ex per-
 cussio.

Ore per-
 cussio.

396 MOYSES VIATOR.

Antistes, faciétque loco Percussio nomen.

Sicne etiam luit heu! pietas improvida pœnas?

*Nec satis Heliada percussi ob crimina fratres
Sacrilegi metuenda dabunt documenta ministris*

Sacrorum, quam casta tuis, Sanctissime, templis

Debita relligio, quam puro pectore mentes?

His Deus exemplis tua se presentia prodet?

LVSTRANTO, lustranto manus, & pectora viuo

Flumine, qui veneranda adeò mysteria tractant:

Sic Vates ventura canens, quæ prodita serò

Sancirent castum in sacris exempla timorem,

Exin Pancheos exhalatura vapores,

Indutis auro tabulis contextitur ara:

Aptaturque focis crates, quæ nutriat ignem

Aurea: transpirant aura, subterque laceffunt

Flamine torpentes prunas, cinerumque favilla,

Cancellis dilapsa, cauo transmittitur alveo.

Reticulata super cratem, pratenta batilli

Vallat zona focos, torulisque altare coronat.

At quatuor totidem è laterum compagine surgunt

Cornua, & obtenti superextant retia limbi:

Et gemini vectes quatuor nectuntur ad ansas.

Ex auro phiale, atque ingens accedit acerra

Importanda adytis; quoties trans intima templi

Pontifici fas est penetrare insistere limen,

Et nebula, & denso suffitu abscondere Thensam;

Stant procul attonitæq; Tribus, trepidique ministri:

Exundat vapor, horrendumque Oracula fumant,

Cherubicas Numen quoties insederit alas.

Hac augusta precum sedes, hinc feruida cœlo

Vota volant, facilésque Dei tolluntur ad aures,

Optatamque reis referunt audita salutem.

Ignem calent sacro mentes, & corda vaporant

Reueren-
tia sanc-
ta exem-
plis.

Ophni, &
Phinees.

29
Altare
thymia-
matis.

Corona
aurea.

Acerra
inferenda
in Sancta
Sanctorum.

Tropolo-
gia thy-
miamatis.

Thure

*Thure polos, cadit in cineres pars terrea molis
 Concreta; desiderius mens surgit ad astra,
 Mortales nec enim sensus suspiria tardant,
 Ne trans ipsa ferant caelorum concava mentes,
 Et videant super Aligerum capita alta sedentem,
 Promentemque sacras concusso pectore sortes.*

NAM MENS CASTA DEO THOLVS EST, & currus,
 & ara,

*Hostiaque, & Vates, puraque in veste Sacerdos,
 Et quidquid tot prisca docent sacri ectypa cultus
 Vriada formata manu; sed pectora sensim
 Crassa rudimentis faciles ducenda per umbras
 Ad summum pietatis opus. Mensa ergo paratur
 Aurea, subiectique pedes, atque aurea fulcra,
 Quae bisseña ferat puro de polline liba,
 Propositi monumentum epuli, semperque parata
 Annona, quam casta suis cultoribus auget
 Religio, reparatque Deus per tempora fruges,
 Munificam inducens anno labente coronam.*

*Triticeas imponit opes, & adorea mensa
 Munera, perpetuatque dapes, annumque coronat.
 Hanc dapifer Sol ipse onerat, famulantiisque astra;
 Quippe Dei mensam, eterno, quae splendida sumptu.
 Unde petit tantum grates, & thurea dona,
 Quae phialis seruant posita super azyma lances.*

NULLA PIIS METVENDA FAMES: nam semper
 abundat

*Farre domus, famulisque dapes dat Numen inemptas;
 Nec tantum famulos pascunt altaria Mystas;
 Inconcessa etiam Reges hinc munera poscunt.
 Hinc expertus opem profugo cum milite Princeps
 Isaides: quippe ille Dei Rex bella gerebat,
 Et Vates & Cantor erat: ditauerat ille*

Mens ca-
 sta votis
 penetrat
 caelos.

30
 Mensa pa-
 num pro-
 positio-
 nis.

Significa-
 tio, coro-
 na, anni
 annona.

Mensa
 Solis.

Thus fa-
 per azy-
 ma, quid.

Altare
 alit suos
 ministros.
 Et Dau-
 dem.

Templa

398 MOYSES VIATOR.

Templa Philisthæo raptis ex hoste trophæis.

Qui sic pleetra mouent, qui nunc sic prælia Reges,
Sic Cererem attrectent sacram, mensaque fruantur.

31
Candelabrum, &
lucernæ.

Candelabrum ingens sequitur, septenâque supra
Sydera, ceu totidem sacris laquearibus ignes.
Stat basis ima solo, laterumque triangula nixu
Strata premit, surgit media velut arbore truncus,
Qui senos circum ramos, ceu brachia fundens
Alternis geminos spatii, paribusque diremptos
Fert segetem calamorum, & ab uno stipite syluam.
Curuescunt calami, mediumque æquantur in orbem,
Quos super una pares sinuatos linea claudat,

Media lucerna al-
tior, &
maior in
trunco.

Altius at medium ramis caput exerit arbor,
Ut ferat extantem socios super ardua lychnos
Lampada, præcipuumque imbar; nam pressa lucernis
Stant septem capita, & flammæ ardentia gestant,
Æternamque vomunt, sacra in penetrabilia lucem.

Ductile
malleo.

Materiam vicere manus; pretiosior auro
Ars erat; inductis opus haud imitabile lamnis
Malleus, ut volucris contexit omnia torno

Partes il-
lius,
Scapus,
Calami.

Et scapum, & calamos, calicesque, & lilia, & orbes
Ordinibus nexos iustis, se seque vicissim
Perpetuo nexu, trunco, ramisque ferentes.

Calices,
Nuces,
Lilia.

Panduntur calices, nucibusque patentibus exeunt
Lilia, que stirpem, & calamos amplexa repando
Circuitu effundunt baccatos frondibus orbes.

Crater
imms su-
per basim.

Ducitur ad summas constans hic lampades ordo
Ex imo cratere, basim qui se super altè
Exsinuans quatuor trunci internodia fundat.
Nodantur calami in scapo, spherisque coherent,

Ordo par-
tium.

Nascentesque scyphi è nodis, mox panda profundunt
Lilia, que rursum spheras, ceu poma, remittunt:
Tum patuli in summo supra poma aurea Lychni
Scintillant:

Scintillant : scirpi liquido pascuntur oliuo,
 Quos veniente die, quos decedente Sacerdos
 Concinnans, fungos à fomite decutit aureis
 Forficibus, tetrúmque auro profocat odorem,
 Fumantes olidâ auertens fuligine myxos.

Omnia quæ magno sunt auri appensa talento.

Beseleel, presentit enim presagia tanti

Lychnuchi, artificum ad turbam sic ore loquutus.

Ne mihi, ne septena polis palantia quisquam

Hic totidem fingat simulantes sydera lychnos,

Nec spatii quæ fixa meant constantibus astra,

Humentique vehunt stellatas lumine noctes :

Sanctior hæc cælo facies, longè altera fulgent

Lumina, dispositæq; faces, & sydera templo,

Quæ coniuncta gerens ramis amplectitur arbor.

Septem illas memorate animis super athera mentes,

Ante Dei stantes solium, inuariabile lumen

Fundentes radiis, oleo quos ipsa liquenti

Pascit, & aternâ flammâ Sapiëntia luce.

His aderunt etiam templis, & limpida spargent

Lumina, quæ vincant Erebum, noctemque malignam.

Illâ Sacerdotum manibus tractata, pudicis

Moribus, & linguâ, & purgati pectoris auro

Discutient tenebras errorum, & lubrica vite

Monstrabunt, transque ipsa viam velamina pendent.

At quicumque sacrum manibus contingitis ignem,

Vos quibus officium linguâ diffundere lucem,

Concinnate animis, & manè, & vesperè lychnos

Assidui, & dociles studiis attendite Verbo.

At procul à sacris probrosam auertite famam :

Crateres liquidis habeant de fontibus undas :

Candida dent niveos, & odoros lilia mores :

Parturiântque nucem flores, ut fructibus ignis

Splendeat,

Vespere,
 & manè
 concinna.
 tæ lucer-
 næ.

Talento
 appensû.

32
 Candela-
 bri signi-
 ficatio.
 Planetas
 7. vel a-
 planem.

Anago-
 gica.
 7. Spiritus
 stâtes an-
 te solium
 Dei.
 Plenitu-
 do lumi-
 num in
 Ecclesia.
 Sacerdo-
 tes filij
 olei, &
 ministri
 lucis.

Attenti
 doctrinæ,
 & verbo.
 Sine scâ-
 dalo.
 Lumbis
 præcin-
 tis lucer-
 næ in ma-
 nibus.

400 MOYSES VIATOR.

Splendeat, illustrésque ferant exempla lucernas.

Sic rigido renes super ilia stringite cinctu.

33
Altare
holocaustorum.

Sic ait, atque alias confestim aduertitur artes,

Nec patitur cessare operas. Ex ere cruentum

Altaris molitur opus, quo viscera fument

Taurorum, & largo circum sit lubrica tellus

Sanguine, perpetuo cineres cumulentur ab igni.

Forma.

Abdita nam medium secat intus ahenea crates

Crates
aenea in
medio.

Suppositâ subnixâ basi, quæ inserta supernis

Induitur tabulis, ceu pyxidos unius amba

Altaris coeant partes; huc arida condunt

Nutrimenta focus Mystæ, substructâque ligna,

Vt medio exsurgens summâs pyra crescat in oras,

Accipiatque molâ mactatos desuper artus

In cinerem flammis sensim intra septa fluentes.

Non fue-
runt duæ
altaris
partes.

*Haud tamen hac formâ descriptum altare, mo-
doque*

Crediderim: nam, quæ tanto non solueret igni

Æra vapor, mediâ laterum de crate sub auras

Exundans? tot ligna vorans, tot viscera carpens,

Tanto adipe, & subter stimulans incendia flatu,

Quem forulis, uterique cauo fert ventus hiatu?

Aut quæ candentes perferrent Settina lamnas

Ære sub ardenti? quis circum summa Sacerdos

Stans latera, in cratem pronus toto ore profundam

Incômo-
da nimis
ea forma
sacris.

Extâ manu, aut crucibus posset componere ligna

Cancellanda focus, & flammâ auertere barbas?

Nam neque per forulos, & apertâ in ventre fenestram

Solis ad exortus tractari hæc munia ritè

Forcipibus possint æreis, quâ crate sub ipsâ

Ad cinerum egestus patuisse hæc ostia fingunt:

Nec transversa queant illuc intrudere ligna,

Quando etiam saxis uterum, vel cespite complent,

Aut

*Aut aprare dapes, solidosque imponere flammis
Cum vitulis hircos, nisi porriciantur ab alto
In flammam, uterique cauum, cacoque tumultu
Hostia cum lignis temere confusa ferantur.*

*Denique, qui ferrent homines tot pondera binis
Vectibus, & tantum Temeseo ex are caminum,
Atque graues adeo Volcania retia clathros?
Sic igitur statuo, nisi si mea me quoque fallunt
Auguria, & tanta mersi caligine ritus.*

*Uriades viridi cubitis a cespite ternis
Surgentem, in quinos infra, supraque patentem
Ex tabulis cyprio tectis hinc inde metallo
In latera equato ductu contextuit aram.*

*Apertantur duplices laterum munimina costa,
Iuncturasque tegunt tabularum, & cornua gestant,
Quae super in recta defixa coronide surgunt:
Cingitur aduersa pars ima toreumate zona,
Cespitibusque sedet positis arata crepido.;*

*Quam subter cineres vacuo labuntur ab alueo
Egesti: subeuntque canis compagibus aure
Sub cratem, flammamque foras ad sidera trudent,
Ne nimius laterum in muros deseniatur ardor.*

*At super, atque inter quatuor surgentia crates
Cornua, fusilibus suspenditur anea clathris,
Qui flammam, & ligna ferant, extructaque supra
Viscera taurorum, libandaque munera caelo.*

*In speciem concha, cancellos cogit in orbem,
Ut medio coeant ignes, exceptaque ligna
Retibus, & patulo transmittant are fauillas,
Quae se uteri caco subter fudere meatu.*

*Quippe intra flores, & frondea septa corona
Desuper inseritur crates, uterique patente
Abscondit clathros paulum depressa per aram,*

Vix por-
tari pos-
set.

34
Alia for-
ma alta-
ris com-
modior.

Cornua
quatuor.

Caus
alueus ad
cineres.

Crates
fusilis z-
nea su-
perposita.

Rete ro-
tundum
instar co-
chae

Corona
altaris ad
ornatum.

Cc

Qua

402 MOYSES VIATOR.

Veſtes
duo, an-
nuli 4.
Crates
habet uos
annulos,
& veſtes.

*Qua mediam gemini ſtipant ad fercula veſtes,
Quos eris quatuor ſuſpendunt fuſilis orbes.
Nam quatuor crates etiam portanda per oras,
Fuſilibus cyclis traiectas commodat anſas,
Altari quibus ipſa cano detracta feratur:
Aeternumque ſinu ſemper circumuehat ignem.
Parci flammas focis, cratemque innoxia ſeruat.*

35
Leuitarum
patrimo-
nium, Al-
tare.

*Perfectum vix ſtabat opus, iam ſorte vocati
Leniada accurrunt, letique altare frequentant,
Quos ſic affatur concuſſus Numine Moſes.*

*Hec domus, haec vobis inter ſanctiſſima ſortes
Sors data: ne fratrum campos optate, nec vrbes
Leniada, Deus hanc vobis haeredibus aram
Attribuit, cultuſque ſuos, & munera mandat,
Impunemque aliorum operum vos ducere vitam
Hinc iubet, ac ſumptus vobis hinc ſufficit omnes.
HIC VOBIS DEVS OMNIA ERIT: contendite tantum*

Deus ſors,
& pars
Leuitarum.

*In ſanctos ſtudium ritus; ſoluantur honores,
Quos poſcit meruitque; illi ſua gloria conſtet
Integra; ſit merces, quam vobis ille remittit
Utilitas. O FELICES! quibus vbera caelum
Exhibet, ac mundi exſortes altaria paſcunt!*

Altare
holocau-
ſtorum
Ariel.

*O Ariel! o quantam Ariel graſſabere flammam
Cade boum? quantus tua tinget cornua ſanguis,
Ut pandas in ſacra ſemel penetratia portas?
Hircorum non ille cruor, ruſſaeque iuuenca
Hoc poterunt cineres; gregibus non millia lectis
Eximia agnorum vela interiora reducent.*

Chriſti in
Cruce ty-
pus.
Introiit
in Sancta
in ſuo ſan-
guine.

*Illius labor hic Agni, qui cornua dextris
Comprendet, pedibusque tua, & ſuper hoſtia flammis
Intemerata dabit defectum ſanguine corpus,
Ureturque volens caeli conſumptus ab igni,
Et victrice manu moriens vela ipſa reuellet,*

Cunctaque

Cunctaque bullati relinet sacra symbola libri.

At vos interea ritè hìc mactabitis hircos :

Balantum iugulis succincti mergite cultros ,

In primisque animi motus iugulate ferinos ,

Illa Deo qua præcipue placet hostia viuens

Hec litat, optatumque adytis importat odorem :

Introitum in cælos ea solum victima pandit.

Hæc Vates ; sed iam artifices Ephyræa metalla

Deficiunt ; tot quippe bases, tot fulcra columnis

Oliabus, focique parant, tot athena coquendis

Visceribus, tantos tripodas, tanta ignibus arma ,

Totque sacris pelues, & tot solido ære lebetas.

Restat adhuc pars una tamen non vltima cultus ,

Qua sine nec potuere manus contingere sacra ,

Limina nec calcare pedes augusta ; nec vlla ,

Qua non lota prius componi altaribus exta ,

Labrum ingens, largique vndante capedine fontes.

Mos erat Hebrææ genti, cum patria primum

Sacra Pharo inuexit cogentibus aduena satis

Isacides, rerum ut fesse, vel prolihus orba ,

Aut vidua sacra excubias ad limina matres

Susciperent, castisque addictæ cultibus ænum. :

Exigerent. His cura fuit ieiunia templis

Protrahere, & longo Numen placare precatu ;

Conciliare suis cælum ; formare minores

Moribus antiquis ; intendere floribus aras ,

Deuotâsque manu sacris contexere vestes ,

Virgineis que præesse choris, quos postera deinceps

Secretis templi thalamis exercuit atas.

His se Sara parens curis intenderat olim ,

Postquam pulsa domo securam ancilla reliquit ,

Vt laribus solus patriis adolesceret heres.

His etiam se se studiis Rebecca tenebat

Hostiæ
viuentes,
Deo pla-
centes.

36
Labrum
æneum.

Labri v-
sus, &
fines.

Excubiæ
mulierû
in tēplo.

Quæ exer-
citatio ea-
rum.

Sara
anus.

Rebecca.

404 MOYSES VIATOR.

Orta utero geminos inter cum iurgia fratres
Formidans caelo expeteret per munera pacem,
Successumque daret per fraudem callida fato.

Pietas
mulierum
antiqua.

Post alia trinere viam pietatis eandem
Pertese ornatus vanos, & inania rerum
Matrona, quibus aut senio mors vulserat aurem
Proxima; vel primo quas spes delusit amore,
Deseruitque toris viduas florente iuventâ.

Anna, fi-
lia Pha-
nuel.
Luc. 2.

Vt quam pollentem formâque, opibusque paternis
Ante diem fato raptus Phanaelida coniux
Destituit; qua se Solymeis tradidit aris;
Susceptam pietas formâ florentibus annis,
Canitie insigni compsit, claraque senectâ
Illustrem, dedit Hebrae promissa Sibylla,
Cernere monstrato populis cum Virgine Christo.

SIC PER LONGA facit pietas ieiunia Vates.

Excubiis iam tum tales sacra limina multa
Seruabant, lanamque colu,byssumque trahebant,
Dona Deo, & vario nentes florentia textu
Stamina, quas inter Princeps Iocabethia fatur.

Maria so-
ror Mo-
sis.

37
Speculo-
rum fal-
lacia, for-
ma lena.

Quò studium formæ nobis? quonam usque petetur
Consilia à speculis? sic pro statione comarum,
Pro stibio, & cretâ, terso deludimur ære?
Non dabit argenti nitor, aut Brundusia crusta,
Quos vultus natura negat. MENTITVR IMAGO,

Fallax
forma.

Si non à speculis eadem redit, orâque rugis
Reddit arata suis, quamuis medicamina sulcos
Æquarint, & creta genas oblimet hiantes.
Heu! mentiri etiam veracia cogimus æra!

Speculum
mentiri
docet.

Dissimulant oris culpas: vitiûmque tacetur,
Quod volumus, gypsoque tegi, fucòque latere:
Sic & adulantes vitiis opponimus orbes;
Blandiri que placet navis; & conscia fraudum

Mens

Mens intus sibi fuco etiam mentitur inani.

CENSENDA EST ANIMO SPECIES : hinc forma relucet

Digna Deo : hinc viui splendent in pectore vultus.

AT SANIE FLUXVM putri, taboque cadaver

Corporis est verax speculum : neque gleba tuentes

Decipit, aut radios obliquo lumine reddit.

MOX ERIMVS PVLVIS. *Quid adhuc hac Isidis arma*

Pulueris oblita gerimus, tumulique propinqui ?

Quin hac dona Deo potius, temploque sacramus

Has Venerum fraudes ? hac formæ alimenta superba ?

Accipiant meritis iam iusta piacula flammis ;

Iamque alios nostris manibus tradantur in usus :

Beseleel eget ære ; Deusque hæc munera poscit.

Dixit, & insigni gemmis, auroque coruscâ
Inclusum crustâ speculi prima obtulit orbem.

Exuuias inter Pharias Regina Lycoris

Vtendum dederat triduana in sacra petenti,

Spe delusa suâ : mox idem matribus ardor

Omnibus : exoluunt aureis crystallina zonis

Sidera, vermiculoque argenti picta per oras.

Quæ thalamis grandes stant ante cubilia quadras

Diripiunt, lateq; Dei in donaria portant.

Beseleel cumulo è tanto laurore nitentes

Precipuo in Labri fontes specularis, & urnam

Segregat ; ac pingui cretam iam mollit amurcâ,

Moliturque altâ Nymphæi mente figuram

Fusilis, & summa subiecta sedilia concha.

Forma
animi à
virtute
vera.

Spolia va-
nitatis, &
arma sa-
cranda
Deo.

38
Vouet &
offert spe-
culum Ma-
ria.

Imitantur
alia.

Materia
Labri, spe-
cula.